

2.

Jemand (ein Rektor des Kirchenstaates?) gewährt einem ehemaligen Rebellen gegen die Römische Kirche freies Geleit.

Hs. fol. 1r.

Veniens ad presentiam nostram vir nobilis et discretus / dominus I. de .. suppliciter exoravit ac exposuit qualiter / vos ad mandata sacrosancte Romane Ecclesie redire volebatis humiliter / et devote. Super quo, quantumcunque vestris exigentibus meritis / atque culpis moti simus contra vos et bona vestra, tamen nos qui / delectamur in misericordia potius quam vindicta, litteras destinamus, / quibus veniendi ad nostram presentiam [quo]libet vestrum liberam in ve/niendo, morando, redeundo ad propria, et fidelitatis sacrosancte / Romane Ecclesie ac nobis pro parte ipsius s[uo] prest[ito] iuramento, liberam tribui/mus securitatem. In cuius s[ecuri]tatis cautelam presentes litteras sigilli nostri proprii munimine fecimus roborari; presentes post / IX dies mensis martii minime valiture. /

3.

(Ein Rektor des Kirchenstaates) befiehlt einem Edlen, gefangengenommene und beraubte Untertanen der Römischen Kirche in der Mark (Ancona) und im Herzogtum (Spoleto) freizulassen und ihnen ihr Eigentum zurückzugeben.

Hs. fol. 1r.

Pro parte hominum .. civitatis, sancte Romane / Ecclesie fidelium, fuit coram nobis expositum cum querela quod vos / de novo contra homines .. hostiliter equitastis ad [ca]ptionem / personarum hominum, rerum ipsorum depredationem et animalium pred[am], iniuste / et indebite prorumpentes; ipsos homines ipsarum terrarum captos / taliter detinetis carceribus mancipatos, in ipsorum pern[ici]em / et iacturam ac in turbationem^{a)} provincie Marchie et d[u]ca[tus]; / et nos, cum^{b)} ipsos et alios nostros et Romane Ecclesie subd[i]tos et dev[o]tos / teneamur in eorum iuribus defensare et iuvare pro posse, / nobilitatem vestram per presentes requirimus et rogamus quatenus predicta [...], / bona et pre[d]am, per vos eisdem accepta, r[e]stituatis et / homines captos pristinae libertati. Alioquin, si predicta non cura/veritis emendare,

a) turbatione Hs.

b) fehlt Hs.